



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev  
Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum**

**Arles y Andosilla, Martin de**

**Romæ, 1559**

Quod per diuina verba licitum est arcere lupos: serpentes: & locustas: &  
alia huiusmodi & quo[d] hoc licite fiat & quomodo illicite.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

diuine voluntati.

Quod per diuina verba licitum est  
arcere lupos: serpentes: & locustas:  
& alia huiusmodi & quō hoc  
licite fiat & quōmo-  
do illicite .

**E**X quibus dicit sanctus doctor. ii. ii.  
vbi supra & etiam in quod libeto.  
xii. arti. xiiii. quod pr̄dictis serua-  
tis conditionibus per diuina verba lici-  
tum est arcere serpentes & eadem ratio-  
ne quecūq; animalia si solus respectus ha-  
beatur ad sacra verba & ad diuinam vir-  
tutem. Quibus conditionibus obseruatis  
dico similiter quod licite potest fieri cō-  
juratio contra lupos vt arceantur à rap-  
ti, vel pr̄eda pecorū & aliorū animaliū.  
Similiter contra locustas & contra mu-  
res vastantes fructus terrę: si nihil super-  
stitionis dicūt docent vel faciūt: vt di-  
cit Guilhermus lugdunen, vnde si quęra

## TRACTATVS

tur utrum liceat adiurare irrationalem  
creaturam? Respondet sanctus Tho. ii.  
ii. q. xc. quod sic per modum conclusionis  
que referri tunc debet ad diabolum qui in  
nocumentum nostrum vtitur irrationalibus  
creaturis: & talis modus adiurandi est in  
Ecclesiæ exorcismis per quos demonum po-  
testas excluditur ab irrationalibus crea-  
turis: si enim referretur intentio ad irra-  
tionabile creaturam quo ad se que nihil  
intelligit, vana esset: & hoc modo intel-  
ligitur illud quod scribitur Genesis. iii.  
quod serpens callidior erat cunctis ani-  
mantibus. que calliditas principaliter re-  
ferenda est ad demonem qui in serpente  
apparebat: ad serpentem autem non re-  
fertur nisi in quantum calliditate demo-  
nis agebatur. sicut lingua hominis alicu-  
ius dicitur erudita: quia prudenter mo-  
uetur ab intellectu unde sequitur: & ait  
Dominus ad serpentem glosa. i. diabolum  
qui occultabatur & loquebatur in serpe-  
te: ita in serpente maledicitur. possumus

DE SUPERSTITIONIBVS . 29

ergo dēmones adiurare in irrationalibus creaturis per virtutem diuini nomis & tanquam inimicos repellere ne nobis noceant vel spiritualiter vel corporaliter secūdū potestatem datam à Christo Lu.x. Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes: & super scorpiones: & super omnem potestatem inimici: & nihil vobis nocebit. Si tantum utamur licitis verbis & adiurationibus sicut per passionem & crucem Christi & huiusmodi. quō Symonem & Iudam adiurasse dracones legimus : & eis prēcepisse ut irent in desertum locum. Si autem aliquia inutilia verba & superstitionis facta admisceantur verbis sanctis ut isti incantatores equorū & iumentorū faciūt vermen quendam suspendentes & die lunę crescentis vel minuentis seruantes prohibendi sunt quāalia agūt: secūdū illud Apostoli.i.ad Thesa.v. Ab omni specie mala abstinetе vos . & extra de vita & honore cleri. cum ab omni.